

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6573

Autre(s) référence(s) : Bates 260

Auteur(s) : Néel II [vicomte]

Bénéficiaire(s) : Saint-Sauveur-le-Vicomte, Saint-Sauveur-le-Vicomte (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1080-1085]

Action juridique : fondation

Langue du texte : latin

Analyse

Néel [II] le vicomte place l'église de Saint-Sauveur[-le-Vicomte] sous l'ordre monastique et choisit Bénigne comme l'abbé de cette communauté. Il donne à l'abbaye plusieurs biens.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Histoire du château et des sires de Saint-Sauveur-le-Vicomte*, Valognes, Martin, 1867, pièces justificatives, n° 38.
- b. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa, t. XI*, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta, col. 231.
- c. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, the Acta of William I (1066-1087)*, Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 260, p. 784-785.

Indications

Davis Henry William Carles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum, 1066-1154*, vol.1, *Regesta Willelmi Conquestoris et Willelmi Rufi, 1066-1100*, Oxford, Clarendon Press, 1913, n° 131.

Dissertation critique

1080/1081-1085 : datation proposée par D. Bates (voir BATES, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, p. 784-785).

Texte établi d'après c

Ego Nigellus vicecomes, divina afflatus spiritu, dignum duxi in ecclesiam sancti Salvatoris monastice religionis ritus ponere et conventum sub abbate, ad quod faciendum elegi domum de Iumeges, quam audivi maioris auctoritatis in religione pre ceteris, et Deo auxiliante, adduxi ex ea personas religiosas, inter quas religiosissimum virum nomine Benignum, quem abbatem constitui. Hiis itaque dispositis liberam feci et quietam abbatiam ab omnibus consuetudinibus michi pertinentibus, et ad usum monachorum dedi decimas omnium possessionum mearum, videlicet omnium molendinorum meorum decimas, et in molendino ville Sancti Salvatoris ut mollant monachi omnem annonam suam sine loco et sine moltura. Et de omnibus picheriis meis dedi eis decimas. Dedi etiam eis decimam redditus foreste mee et haie de Selesuef, et de mareis, et de venditione in denariis et in annona et in omnibus rebus, et decimam pasnagii et venationis, et de magna foresta, et de haia de Solesoef. Dedi etiam

pasturam animalibus suis in plano, et in nemoribus meis, et in haia, et in mareis. Dedi etiam porcis suis lapaisson in foresta mea et in haia de Selesoef sine pasnagio, et ut porci eorum eant ubicumque mei ierint, et similiter el Bruil de Hainevilla et in foresta de Columba decimam reddituum et pasnagiorum et lapaisson sine pasnagio, et in villa de Columba decimam reddituum meorum in denariis et in omnibus aliis rebus. Similiter in Castello Roche quod est situm in parrochia Columbe. Dedi etiam eis tertiam partem eiusdem foreste, et ad ignem suum stans nemus sicum et iacens in viride sicum. Dedi etiam eis in omnibus maneriis meis ubi terre fuerint ad campartum, ut medietatem garbarum camparti et decime habeant pro decima, et ego aliam pro camparto.

Hec omnia supradicte et pefatam libertatem dedi ego monachis supradicte abbacie cum tenementis illis et possessionibus que tenuit ecclesia sancti Salvatoris in tempore canonicorum, ut hec omnia possideant in perpetuum. Et ne aliquis in posterum possit refrageri aut resistere huic donationi et institutioni mee, prece mea confirmavit signo suo hanc institutionem et donationem meam rex Anglie Guillelmus qui regnum Anglie bello adquisivit.

Hec sunt signa in testimonium. Signum Roberti + comitis de Mellet. Signum Mauricii + cancellarii. Signum Guillelmi + filii Ansgoti. Signum Henrici + de Belmont. Signum Guillelmi + regis Anglie. Signum Guillelmi + archiepiscopi. Signum Nigelli + vicecomitis.